

Fu posto, per i Consieri, una parte fata notar per sier Francesco Foscari el consier, che *de cætero* alcun in prima causa nostro subdito non possi citar alcun in Rota, soto pena, *ut in parte*; la qual sarà copiada qui avanti. Ave 160, 12, 4.

Fu posto, per li diti, parte *etiam* fata notar per el dito sier Francesco Foscari, che alcun non debbi andar a Roma a impetrar presbiteradi, archidiaconati di le chiesie di questa terra, soto pena, *ut in parte*: 150, 24, 2; la copia è qui.

221

Exemplum.

1520, die 30 Martii, in Rogatis.

Sier Joannes Antonius Memus *caput de Quadraginta*.

Quanta cura habenda sit parsimonie pecunie publicæ, quisque potest et debet animadvertere quam optime, propter experientiam quæ habetur de præsentis necessitate illius. Itaque, si in re ulla Dominium nostrum levare potest impensa id factu est non nisi optimum, quemadmodum fieri potest in Censoribus nostris, sine incommodo aliquo eorum et cum beneficio nostro; quapropter:

Vadit pars, quod auctoritate hujus Consilii statuatur, ut ne amplius habeant salarium Censores, qui posthac eligentur, verum debeant servire gratis toto tempore officii sui: quo finito, sint de hoc Consilio nostro Rogatorum, ponentes ballotam per annos duos proxime futuros, ut saltem id commodi percipiant. Remanente in reliquis omnibus firma et valida creatione dictorum Censorum. Non tamen intelligatur capta præsens pars nisi etiam posita et capta fuerit in nostro Maiori Consilio, quam ponere teneantur Consiliiarii nostri sub debito juramenti.

63 — 95

Sier Franciscus Foscari, sier Andreas Basadona, sier Hironimus Pisaurus *Consiliiarii*; sier Daniel Barbarus *caput de Quadraginta*.

Volunt quod nihil innovetur, sed stetur super parte capta, ita ut Censores prædicti habeant suum salarium consuetum.

— 90 — 104 †

Sier Antonius Tronus procurator, *sapiens Consilii*.

Quoniam majores nostri optime providerunt contra ambitum; de qua re extant leges quamplurimæ, quæ satis forent si executioni mandabuntur, ideo captum sit, quod nulli Censores amplius eligi debeant, et eorum officium nullum prorsus atque extinctum sit. Cæterum cura hujusmodi remaneat Advocatoribus nostris Communis et Capitibus Consilii nostri X sicut prius erat, qui debeant exequi leges supradictas; idque ipsum non intelligatur captum nisi positum et captum fuerit in Majori Consilio.

49 — 0 — 0

*Exemplum.*222¹⁾

1520, die 30 Martii, in Rogatis.

Sier Franciscus Foscarius, sier Andrea Foscarenus, sier Andreas Basadona, sier Nicolaus Venerius, sier Hironimus Pisaurus, sier Sebastianus Mauro *Consiliiarii*; sier Daniel Barbarus, sier Laurentius Vitturi, sier Joannes Antonius Memo *Capita de Quadraginta*.

Non est dubium, quod conservatio divini cultus, qui adeo frequenter celebratur in omnibus ecclesiis parochialibus hujus urbis nostræ, consistit in eo, ut qui a parvulis substinent labores in eisdem ecclesiis manuteneantur in spe sua quod futuri sint participes beneficiorum illarum gradatim. Quocirca Dominium nostrum merito providere debet, ne ea habere aliis liceat, quemadmodum provisum fuit de plebanatibus, cum multi sint qui mittunt Romam, et per renunciationes sive expectativas et aliter impetrant præbyteratus, diaconatus et subdiaconatus ecclesiarum in quibus nunquam se exercuerunt, cum merore maximo benemeritorum de illis, et murmuratione parochianorum; id quod neque honestum est, neque justum. Ea propter,

Vadit pars quod, auctoritate huius Consilii, statutum sit, quod quando vacabit præbyteratus, diaconatus aut subdiaconatus aliquis, in quacumque ecclesia hujus nostræ urbis Venetiarum, et in Ducatu etiam, capitulum illius debeat facere electionem personæ, quæ mereatur et exereuerit se in ipsa ecclesia secundum justas et sanctas constitutiones de hoc disponentes. Verum, si aliquis, tam huius civitatis, quam subditus noster, sive alius, tantæ fuerit au-

(1) La carta 221 * è bianca.